

ydonee provisione habebant^{e)} petere et cum promptitudine qualibet exaudiri. Ipsorum igitur predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, ex quo divina favente clemencia receptis in Urbe sacris imperialibus^{f)} infulis solum conscendimus imperatorie dignitatis, devocioni vestre pro discreto ... devoto nostro dilecto cum fiducia porrigimus primarias preces nostras requirentes vos attentius et monentes, quatenus eundem, cuius promocionem sincero diligimus ex affectu, ob iuris et primariarum precum nostrarum reverenciam in vestrum et ecclesie vestre recipiatis canonicum et confratrem ei^{g)} de prebenda^{g)}, si qua ad presens vacat aut proxime vacatura, adeo liberaliter providentes, ut obinde vestris et ecclesie vestre commoditatibus et honoribus favorabiliter intendere debeamus. Dat.

Blatt 1a verso (ohne Verlust durch Beschneiden).

3. Übertragung einer Ersten Bitte auf einen anderen Precisten. Die Kaiserkrönung wird als einige Zeit zurückliegend genannt. [Nach 1328 Januar 18].

Conversio precum de persona in aliam. — Lud(owicus) et cetera talibus et cetera. Predecessorum nostrorum divorum Romanorum regum et imperatorum, qui post sublimacionem suam apud^{h)} singulas ecclesias super unius persone ydonee recepcione habebantⁱ⁾ petere et cum^{k)} promptitudine qualibet exaudiri, vestigiis inherentes meminimus nos iam dudum pro tali et cetera vobis ratione coronacionis nostre imperatorie porrexisse primarias preces nostras. Quas quia usque adhuc cum effectum admittere distulistis, idem talis iuri sibi acquisito virtute precum huiusmodi cessit libere atque sponte. Nos igitur, ne iura nostra et imperii negligere videamur, qui^{l)} ex officio amministracionis desuper nobis credite alios debemus in sua iusticia confovere, preces nostras in personam talem et cetera pleno iure duximus convertendas devocionem vestram et cetera taliter rebellionem vestram hactenus commissam purgantes, quod contra vos et ecclesiam vestram nostra serenitas non debeat comoveri. Dat. et cetera.

4. Wie Nr. 3. [Nach 1328 Januar 18].

Alia conversio de persona in aliam. Preces^{m)}. — Licet pro tali et cetera dudum tibi ex coronacionis nostre sollempniis primarias porrexerimus preces nostras, ut sibi de beneficio ecclesiastico, presentacioneⁿ⁾, collationeⁿ⁾ seu quomodolibet provisioneⁿ⁾ te spectante providere deberes.

e) habeat f) imperialis g) statt ei bis prebenda: et prebenda über der Zeile h) fehlt i) habeant k) fehlt l) que m) bis aliam rot. n) -ni